



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

102. Ex peculiari affectu erga sacram Cuspidem, personam illi,
orationemque patheticam adfingit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

Colonienſi, ad excidium hæreſum : Si-
quidem ſecta Huſſitarum eo tempore
ſtrages edebat miſerabiles.

An fortalle ob hunc erga CHRISTVM *Felicitas*
in CRUCE LANCEATVM peculiarem af *Amatoris*
ſectum, Theodoricus Archiepiſcopus, & *Culta-*
tor annis, quibus varia fortuna, & tem- *ra S. I. q. p.*
peſtatibus tactus fuit, vitam in regi- *cea.*
mine protulit? nam præfuit d. c. cxi
annis omnino XLVIII quos designat
Poëta in epitaphio.

Theodoricus erat firmus corpore, mente
Pulchrior, & lingua dulcis in orbe valens.

Præſul Agrippinas nulli pietate ſecundus
Magnificus factus, religione ſide.

Oſonus lustris tot d. m. labentibus annis
Præſuit Eccleſiæ, Paſtor ubique bonus.

Egidius Gelenus lib. 3 in Magnitud.
Colon. Syntagm. 1. c. 15.

CII.

AMATOR CRUCIFIXI

ex peculiari affectu erga ſacram Cuſpidem,
perſonam illi orationemq; patheticam
adſingit.

102.

Lege, & vide, an non accommodatè

CVSPIS SACRA
ad Haſtam.

Crudeles manus, crudelis tu quoque
Haſta;

Quæ,

228 CHRIST. CRVCIF. HON.

Quæ, me, Christi præcordijs improbe
adauctam,

Fæliciter sepultam,

Ausa es reuellere.

Sperno aurum, illustremque diademata
re thecam,

Cælum, & Astra sperno,

Præ Christi Vulnere,

O si illuc iterum reddar,

Illo me tumulo condam,

Tumuloque titulum inponam

IMPROBA CVSPIS OLIM,

HIC, VBI FERRET AMOR,

SPICVLVM SVM FACTA AMORIS.

Apud Ægid. Gelenium lib. 3. de Colonien.

Magnit. lib. 3. Syntag. 15.

CIII.

AMATOR CRVCIFIXI

103.

Subseribit Orationibus, Carminibus,
Historijs, Disputationibus, alijsque
ingenij & styli sui Monumentis. Quod
lubens & volens facio:

AD MAIOREM DEI
SANCTISSIMÆQUE CRVCIS
GLORIAM,

HORO.